ORDO CANENDI IN OFFICIO ET MISSA SOLEMNI PRO DEFUNCTIS NEC NON ABSOLUTIONIBUS...

Chiesa cattolica

Digitized by Google

32
3 I
32

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ORDO CANENDI

IN OFFICIO ET MISSA SOLEMNI

PRO DEFUNCTIS

NEC NON ABSOLUTIONIBUS PERAGENDIS

Tam in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum quam aliis per annum

AC DEMUM IN EXEQUIIS PARVULORUM

QUAE NOVISSIME ADDUNTUR

CONCINNATIS SUMMA DILIGENTIA

MODULIS

JUXTA ARCHETYPA ET USUM CHORI

METROPOLITANAE ECCLESIAE FLORENTINAE.

FLORENTIAE MDCCXCVII.

Praesidum adprobatione.

Vendit Hyeronimus Bolli & Filii.

Digitized by Google

Digitized by Google


OFFICIUM DEFUNCTORUM

AD VESPERAS

Incipitur absolute.
Antiphona.



PLace bo Domino in re gi-



one vivorum. E v o v a e.

Psalmus 114.


DIlexi, quoniam exaudiet Dominus * vocem orationis meæ.
Quia inclinavit aurem suam mihi: * & in diebus meis invocabo.
Circumdederunt me dolores mortis: * & pericula inferni invenerunt me.
Tribulationem & dolorem inveni: * & nomen Domini invocavi.
O Domine libera animam meam: * misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.
Custodiens parvulos Dominus: * humiliatus sum, & liberavit me.
Convertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: * oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino* in regione vivorum.
Requiem æternam &c.
Ant. Placebo Domino in regione vivorum.


Antiphona.



HE i mi hi Domine: qui a



inco la tus me us pro lon,



ga tus est. E v o v a e.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi: * & exaudivit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis, * & a lingua dolosa:
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?
Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus, prolongatus est: habitavi cum habitan-

Digitized by Google

tibus Cedar; * multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam &c.

Ant. Hei mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Antiphona.



Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes: * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Antiphona.



Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad no-

Digitized by Google

ctem: * speret Israël in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël, * ex omnibus inquitatibus ejus.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit,

Antiphona.



O Pe ra manu um tu a rum



Domine ne de spi ci as.



E v o v a e.

Psalm. 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, * quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua. & veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.
In quacumque die invocavero te, exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.
Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: * & alta a longe cognoscit.
Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: * & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: * Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Opera manuum tuarum Domine ne despicias.



℣. Audivi vocem de cœlo di-




centem mihi.



℟. Be a ti mortu i, qui in Do-




mino mo ri untur. *Ant.*




OMne, quod dat mihi Pa-



ter, ad me ve ni et, &



e um, qui venit ad me, non



e ji ci am fo ras.




E v o v a e.

Canticum B. Mariæ Virg. Luc. 1.

MAgnificat * anima mea Dominum:
Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: * & sanctum nomen ejus.
Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, * & exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis: * & divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, & semini ejus in sæcula.
Requiem æternam &c.

Ant. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me non ejiciam foras.

Preces infrascriptæ dicuntur flex. gen.



Pater noster. *secreto usque ad*



℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.



℣. A por ta in fe ri.
℣. Erue Domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

FIdelium, Deus, omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulo.

Digitized by Google

rum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur Qui vivis, & regnas cum Deo Patre &c.



℣. Requiem æternam dona e is



Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Officium cantatur solemniter hoc modo in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & potest cantari in die Obitus, seu Depositionis, in Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anniversario Defunctorum, & quandocumque exequiæ fiunt Solemnes pro aliquo Defuncto, mutata tantum Oratione, quæ debet esse una propria ex infrascriptis.

In aliis vero anni Temporibus dicitur sub ritu semiduplici, & repetita Antiphona post Canticum Magnificat &c. dicuntur Preces flexis genibus, ut infra Sacerdos dicit

Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

Psalmus 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: * psallam Deo meo quamdiu fuero.
Nolite confidere in principibus: * in filiis hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus spes ejus in Domino Deo ipsius; * qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.
Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus; * dat escam esurientibus.
Dominus solvit compeditos: * Dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit elisos, * Dominus diligit justos.
Dominus custodit advenas, pupillum & viduam suscipiet: * & vias peccatorum disperdet.
Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion * in generationem & generationem.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Digitized by Google

DEus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis, fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierant, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine,

℟. Et lux perpetua luceat eis

℣. Requiescant in pace.


℟. Amen.

Digitized by Google


OFFICIUM DEFUNCTORUM

AD MATUTINUM

INVITATORIUM



Digitized by Google




Digitized by Google





In Primo Nocturno.

Antiphona.






meus in conspectu tu o vi-



am me am. E v o v a e.

Psalm 5.

VErba mea auribus percipe Domine,* intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ; * Rex meus, & Deus meus.
Quoniam ad te orabo, Domine,* mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi, & videbo;* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus:* neque permanebunt injusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatem:* perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuam:* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in justitia tua propter inimicos meos;* dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas:* cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant:* judica illos Deus.
Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.
Et lætentur omnes, qui sperant in te,* in æternum exultabunt, & habitabis in eis,
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.
Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.
Requiem æternam * dona eis Domine,
Et lux perpetua * luceat eis
Ant. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.



Ant. COnverte te Domine, &



e ri pe a nimam me o am: quo-



ni am non est in morte qui



memor sit tu i. E v o v a e.

Psalm. 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me:* neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum:* sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde:* sed tu Domine usquequò?

Convertere Domine, & eripe animam meam :* salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui:* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus:* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem : * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam:* Dominus orationem meam suscepit.


Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei,* convertantur & erubescant valde velociter.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. Convertere Domine, & eripe animam meam : quoniam non est in morte qui memor sit tui.


Antiphona.




NE quan do ra pi at ut le o



a nimam me am, dum non est



qui re dimat, neque qui salvum



fa ci at. E v o v a e.

Psalm. 7.

DOmine Deus meus in te speravi :* salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud,* si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala:* decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, * & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua:* & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti, * & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere:* Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam:* & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, * scrutans corda & renes Deus.


Justum adiutorium meum a Domino;* qui salvos facit rectos corde,

Deus judex justus, fortis, & patiens:* numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit:* arcum suum tetendit, & paravit illum.

Digitized by Google

Et in eo paravit vasa mortis:* sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem * & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: * & incidit in foveam quam fecit.
Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.
Confitebor Domino secundum justitiam ejus: * & psallam nomini Domini altissimi.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.









Pater noster. *Dicitur totum secreto sine pronunciatione.*

Lectio I. Job. 7. d.

PArce mihi Domine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum, ant quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: & si mane me quæsieris, non subsistam.
















Digitized by Google



* Et in &c.

Lectio II. Job- 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium mæum, loquar in amaritudine animæ meæ: dicam Deo, noli me condemnare? Indica mihi cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere






judi ca re vi vos, &



mor tu os & sæcu lum



per i gnem.



* Tu e is &c.

Lectio III. Job. 10. b.


MAnus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me: ossibus & nervis compegisti me: Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.




℟. DOmi ne, quando



vene ris judi ca-



re ter ram, u bi me




abſcon dam a vul-



tu i ræ tu-




æ? * Qui a pec ca vi




ni mis in vi ta



me a.



℣. COmmissa me a



pavesco, & an te te e-



ru be sco; dum ve ne-

Digitized by Google



In Secundo Nocturno.

Antiphona.



Psalm. 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus; * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum; * & calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me; * omnibus diebus vitæ meæ.


Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum.

Requiem æternam * dona eis Domine,


Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Antifona







Psalm. 24.

AD te Domine levavi animam meam, * Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi, qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: * supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua: & doce me: * quia tu es Deus Salvator meus; & te sustinui tota die

Reminiscere miserationum tuarum Domine: * & misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ, * & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: * propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis, & rectus Dominus * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in judicio: * docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, misericordia & veritas: requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: * multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur: * & semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: * & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei: * quia unicus, & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum: * & dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: * & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me: * non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes & recti adhæserunt mihi: * quia sustinui te.


Libera Deus Israel, * ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua: * luceat eis.


Ant. Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.

Antiphona





ni in terra vi ven ti um.



E v o v a e. *Psalm.* 26.

DOminus illuminatio mea, & salus mea, * quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo?
Dum appropriant super me nocentes, * ut edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.
Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.
Si exurgat adversum me prælium, * in hoc ego sperabo.
Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:
Ut videam voluptatem Domini, * & visitem templum ejus.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.
Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: * cantabo, & psalmum dicam Domino.
Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.
Ne avertas faciem tuam a me: * ne declines in ira a servo tuo.
Adjutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi Domine in via tua: * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Domini * in terra viventium.
Expecta Dominum, viriliter age: * & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.
Requiem æternam &c.

Ant. Credo videre bona Domini in terra viventium.



℣. Collocet e os Dominus cum



principibus.



℟. Cum princi pibus popu li



su i.

Pater noster. *Totum secreto sine pronunciatione.*

Lectio 4. *Job.* d.

RESponde mihi: Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea, & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.





Lectio 5. *Job.* 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis: Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonnè tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est, constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.

Digitized by Google





Lectio 6. Job. 14.

QUis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


Digitized by Google





IN TERTIO NOCTURNO


Antiphona.



Digitized by Google



Domine ad adiu vandum me



respice. E v o v a e.

Psalm 39.

EXpectans expectavi Dominum, * & intendit mihi
Et exaudivit, preces meas: * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos: * & direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum novum: * carmen Deo nostro.
Videbunt multi, & timebunt: * & sperabunt in Domino.
Beatus Vir, cujus est nomen Domini spes ejus: * & non respexit in vanitates & insanias falsas.
Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiavi & locutus sum; * multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium, & oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.
Holocaustum, & pro peccato non postulasti: * tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: * Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna: * ecce labia mea non prohibebo; Domine tu scisti.
Justitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam, & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, a concilio multo.
Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meæ & non potui ut viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei; * & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine ut eruas me * Domine ad adjuvandum me respice.
Confundantur, & revereantur simul qui quærunt animam meam: * ut auferant eam.
Convertantur retrorsum, & revereantur: * qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: * qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te: * & dicant semper; Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum, & pauper; * Dominus sollicitus est mei.
Adjutor meus, & protector meus tu es: * Deus meus ne tardaveris.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Complaceat tibi Domine, ut eripias me: Domine ad adjuvandum me respice.

Antiphona.



SAna Domine animam me am,



qui a peccavi tibi.



E v o v a e.

Psalm. 40.

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem:* in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra:* & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus:* universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserere mei:* sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi; * quando morietur, & peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur: * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei;* adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me:* Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: * & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.


Me autem propter innocentiam suscepisti:* & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, & usque in sæculum:* fiat, fiat.

Requiem æternam &c.

Ant. Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Antiphona.



SI ti vit a nima me a ad




Deum vivum: quando ve-



ni am, & ap pare bo ante



fa ci em domi ni.



E v o v a e,

Psalm. 41.

QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum:* ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem

vivum: * quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * & quar contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confriguntur ossa mea, exprobaverunt mihi * qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; * salutare vultus mei & Deus meus.


Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?



℣. Ne tradas be sti is a ni mas



confite ntes ti bi.



℟. Et animas pauperum tuo rum



ne obli visca ris in finem.

Pater noster. *Totum secreto sine pronunciatione.*

Lectio 7. Job. 17.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini di-

Digitized by Google

xi, pater meus es: mater mea, & soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?






Lectio 8. *Job.* 19.

Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem

viſurus ſum ego ipſo, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.





Lectio 9. Job. 10.

QUare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, & non revertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Terram miseriæ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.





Digitized by Google




Quandocumque dicitur solum tertium noƈturnum legitur 9.

℟. Libera me Domine de viis &c. *ut infra pag. 117.*

AD LAUDES

Antiphona



Psalm. 50.

MIserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Digitized by Google

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam &c.

Ant. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Antiphona




Exau di Domine o ra ti-



onem me am, ad te



omnis ca ro ve ni et.



E v o v a e.

Psalm. 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: * & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua accinctus potentia, * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis: * exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Digitized by Google

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum; * quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam * dona eis Domine.


Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Antiphona



ME susce pit dexte ra



tu a Domine.



E v o v a e.

Psalm. 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, * ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalm. 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminat vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster

Digitized by Google

benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis
Ant. Me suscepit dextera tua Domine.

Antiphona



A por ta infe ri, e-



ru e Do mi ne a ni mam



me am. E v o v a e.

Canticum Ezechiæ. *Isaiæ* 38.


EGo dixi: in dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.
Quæsivi residuum annorum meorum. * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.
Non aspiciam hominem ultra, * & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est, & convoluta est a me: * quasi tabernaculum pastorum.
Præcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: * de mane usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad mane, * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.
De mane usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum.
Domine vim patior, responde pro me, * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.
Domine, si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me, * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

90

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.
Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine salvum me fac, * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.
Requiem æternam * dona eis Domine.
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. A porta inferi, erue Domine animam meam. *Ant.*



OMnis spi ri tus lau det Do-



mi num. E v o v a e.

Psalm. 148.

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Digitized by Google

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus

Montes & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius

Confessio ejus super cœlum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalm. 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis:

Ut faciant in eis judicium conscriptum; * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psalm. 150.

LAudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis * omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam &c.

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum.



℣. Au di vi vocem de cœlo di-




centem mihi.



℟. Be a ti mortu i, qui in Do-

E



Antiphona.



Canticum Zachariæ. Luc. I.

BEnedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Ant. Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Digitized by Google

Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus.



Pater noster. *secreto usque ad*




℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.



℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace, ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te ve niat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Fidelium, Deus, omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.



℣. Requiem æternam dona e is



Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Officium cantatur solemniter hoc modo in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & potest cantari in die Obitus, seu Depositionis, in Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anniversario Defunctorum, & quandocumque exequiæ fiunt Solemnes pro aliquo Defuncto, mutata tantum Oratione, quæ debet esse una propria ex infrascriptis. a c. 123.

In aliis vero Anni Temporibus dicitur sub ritu semiduplici.

Si vero dicendum sit unum tantum Nocturnum cum Invitatorio, & Laudibus servetur sequens ordo

---

Pro Feria Secunda, Et Quinta.
Antiphonæ, Psalmi, & Lectiones Primi Nocturni.


Digitized by Google

Pro Feria Tertia, Et Sexta Antiphonæ, Psalmi, & Lectiones Secundi Nocturni.

Pro Feria Quarta, et Sabbato Antiphonæ, Psalmi, & Lectiones Tertii Nocturni

In quo Nocturno post nonam Lectionem cantatur sequens





Digitized by Google



* Qui erant &c.

IN LAUDIBUS

Repetita Antiphona post Canticum Benedictus, *dicuntur preces flexis genibus, ut infra.*

Pater Noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Psalm. 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

℣. A porta inferi

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

ORATIONES

DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.

In quibus litera N. N. exigit Nomen Defuncti.

In die Obitus seu Depositionis, & Anniversario Summi Pontificis.

Oremus.

DEus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus; ut qui Unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum Pontifi-

cum consortio perpetuo aggregetur. Per &c.

Pro Episcopo Cardinali.

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per &c.

Pro Præsbytero Cardinali.

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Præsbyterum Cardinalem Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per &c.

Pro Diacono Cardinali.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur; ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per &c.

Pro Episcopo

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos, sacerdotes fumulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per &c.

Pro Episcopo. Alia Oratio

Oremus.

DA nobis, Domine, ut animam famuli tui N. Episcopi, quam de hujus sæculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per &c.

Pro Sacerdote

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per &c.

Pro Sacerdote alia Oratio

Oremus.

PRæsta quæsumus Domine, ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem, sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per &c.

Pro pluribus Sacerdotibus

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per &c.

In die Obitus pro Uno

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per &c.

In die Obitus pro Una

Oremus,

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: te supplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc sæculo

Digitized by Google

migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas Inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per &c.

In die Depositionis pro Uno.

Oremus.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ut defunctus sæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per &c.

In die Depositionis pro Una.

Oremus.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famulæ tuæ N. ut defuncta sæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per &c.

In Die Depositionis pro Pluribus Defunctis.

Oremus

ABsolve, quæsumus Domine; animas famulorum famularumque tuarum, ut defuncti sæculo, tibi vivant: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commiserunt, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per &c.

In die Tertio, Septimo, & Trigsimo pro Uno.

Oremus

QUæsumus Domine, ut animæ famuli tui N. cujus depositionis diem tertium, *vel* septimum, *vel* trigesimum commemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium: & rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per &c.

In die Tertio &c. pro Una.

Oremus

QUæsumus Domine, ut animæ famulæ tuæ N. cujus depositionis diem tertium, *vel* septimum, *vel* trigesimum commemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium, & rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per &c.

In Anniversario pro Uno.

Oremus

DEus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui N. cujus Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per &c.

In Anniversario pro Una.

Oremus

DEus indulgentiarum Domine, da animæ famulæ tuæ N. cujus Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per &c.

In Anniversario pro Pluribus.

Oremus

DEus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis Beatitudinem, & luminis claritatem. Per &c.

Pro Patre dicentis Orationem.

Oremus

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti: mi-

Digitized by Google

serere clementer animæ Patris mei, ejusque peccata dimitte: meque eum, in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per &c.

Pro Matre dicentis Orationem.

Oremus

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animæ Matris meæ, ejusque peccata dimitte: meque eam, in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per &c.

Pro Patre, & Matre dicentis Orationem,

Oremus

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti; miserere clementer animabus Patris; & Matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum &c.

Pro Patre, & Matre Adstantium.

Oremus

DEus, qui nos Patrem, & Matrem, honorare præcepisti; miserere clementer animabus Parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per &c.

Pro Uno Defuncto

Oremus

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur; ut animam famuli tui N., quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum &c.

Pro uno Defuncto: alia Oratio.

Oremus

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum &c.

Pro una Defuncta

Oremus

QUæsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. & a contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per &c.

Pro una Defuncta: alia Oratio.

Oremus

ABsolve, quæsumus Domine, animam famulæ tuæ N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitata respiret. Per Dominum &c.

Pro Fratribus, Propinquis, & Benefactoribus.

Oremus

DEus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum &c.

Pro Defunctis existentibus in Cæmeterio.

Oremus

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis, omnibus, hic & ubique in Christo quiescentibus, da

propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Dominum &c.

Pro pluribus Defunctis.

Oremus

ABsolve, quæsumus Domine, animas famulorum, famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per &c.

Pro pluribus Defunctis Alia Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: propitiare animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte; ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per &c.

Pro pluribus Defunctis Alia Oratio.

Oremus

ANimabus, quæsumus Domine, famulorum, famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam; ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt, & crediderunt. Per Dominum &c.

Pro omnibus Fidelibus Defunctis.

Oremus

FIdelium, Deus, omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Si aliqua ex supradictis Orationibus debeat dici in Funeribus, seu Exequiis tunc conclusio erit brevis hoc modo.


Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

Seu

Per Christum Dominum nostrum.

IN MISSA
PRO DEFUNCTIS


INTROITUS







K y r i e





Graduale




Digitized by Google




Tractus.





Digitized by Google




Digitized by Google


Ju di can ti responsura.
LI ber scriptus pro fe re tur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judi cetur.
JU dex ergo cum sede bit,
Quid quid la tet appa re bit:
Nil inultum re ma ne bit:
QUid sum mi ser tunc dicturus?
Quem patro num roga turus?
Dum vix justus sit securus!
REx tremendæ majesta tis,
Qui sal vandos salvas gratis,
Salva me fons pi e ta tis.
RE cor da re Je su pi e,
Quod sum causa tu æ vi æ,
Ne me per das il la di e.
QUærens me, se di sti lassus:
Redemisti crucem passus,


Tantus la bor non sit cassus.
JUste ju dex ul ti o nis,
Do num fac re mis si o nis
Ante di em ra ti o nis.
IN gemisco tamquam re us:
Cul pa ru bet vultus me us:
Suppli canti par ce De us.
QUi Ma ri am absolvi sti,
Et la tro nem exaudisti,
Mi hi quoque spem dedisti,
PRe ces meæ non sunt dignæ.
Sed tu bo nus fac benigne,
Ne pe renni cremer igne.
INter oves lo cum præsta:
Et ab hædis me sequestra,
Statu ens in parte dextra.
COn fu ta tis maledictis,
Flammis acribus addictis.


Voca me cum bene dic is.
ORo supplex & ac clinis:
Cor contri tum quasi cinis,
Ge re curam me i fi nis.
LAcrimosa di es il la,
Qua resurget ex fa vil la.
JU di candus ho mo re us:
Hu ic ergo par ce Deus.
PI e Je su Domine
Dona e is requiem.
A men.
Offertorium.
DO mi ne Je su Christe
rex Glo ri æ
li be ra a nimas o-
mni um fi de li um de-
functo rum de pœ nis in-
fer ni, & de profun-


do la cu, li be ra e as de
o re le o-
nis, ne absorbe at e as
tar ta rus, ne ca dant in
obscu rum, sed si-
gni fer Sanctus Micha el
repræsentet e as
in lu cem san ctam:
Quam o lim Abra hæ promi-
si sti, & se mi ni ejus.
℣. HOsti as & pre ces ti-
bi Do mi ne lau dis
of fe rimus: Tu
su sci pe pro ani ma bus
il lis, qua rum ho di e me-
mo ri am fa ci mus, fac
e as Domi ne de mor te
tran si re ad vitam:

Quam o lim A bra hæ promi-

si sti, & se mi ni ejus.

Sanctus

SAnctus. Sanctus. Sanctus

Dominus Deus Sa ba oth.

PLe ni sunt cœli, & ter ra

glori a tu a Ho san na in

ex cel sis. BEne dictus

qui ve nit in nomine Domi ni

Hosanna in ex cel sis.

Agnus Dei

IJ. AGnus De i, qui tollis

pec cata Mundi; dona e is

Re qui em.

I. AGnus De i, qui tol lis

peccata mun di: Do na e is

requi em sem pi ter nam.

Post Communio

LUx æ ter na lu ce at e is

G



Preces infrascriptæ dici solent sine cantu finita Missa, quandocumque cantatur Missa sine Solemnitate, scilicet cum simplici Nocturno illius diei, sine Invitatorio, sine Laudibus, & sine Processione ad castrum doloris.

Ant. Exultabunt Domino: *Quæ tantum annunciatur.*

Psalm. 50.

MIserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor,

Auditui meo dabis gaudium, & letitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me-

Digitized by Google

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.
Requiem æternam * dona eis Domine,
Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Exultabunt Domino ossa humiliata.
Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣ Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Absolve, quæsumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.

Si fuerit pro uno, vel pro una, preces dicuntur ut infra.

Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Pro uno Defuncto

Oremus.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum &c.

Pro Sacerdote defuncto.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine, animam famuli tui N. Sacerdotis ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Pro una defuncta.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine, animam famulæ tuæ N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & ele-

Digitized by Google

ctos tuos resuscitata respiret. Per Christum &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine,

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

ORDO EXEQUIARUM

PRÆSENTE CORPORE DEFUNCTI

Accedente Clero ad feretrum Defuncti, cum Sacerdote induto paramentis nigri coloris, qui se sistit ad pedes Defuncti ante Crucem: Cantor intonat, & Clerus respondens prosequitur.





Digitized by Google




ter nam do na e is Do-



mi ne, & lux per pe tu a



lu ce at e-



i. * OFferentes &c.

Quo finito Sacerdos absolute dicit sequentem Orationem, prout jacet, etiamsi cadaver sit Sacerdotis; vel fœminæ.

NOn intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.


Deinde Cantor incipit, & Clerus cantando prosequitur.




℟. LI be ra me Do-



mi ne de mor te æ ter-




na, in di e il la tre-




men da: * Quando cœ-



li mo vendi sunt, & ter-



ra: * Dum ve-



ne ris ju di ca-



re sæ cu lum



per ignem.



℣. TRemens factus, sum ego,

mere an tur e va de re

judi ci um ulti o-

nis.

℣. ET lu cis æter næ

be a ti tu-

dì ne per fru i.

Sequentia.

DI es i ræ, di es il la,

Solvet sæ clum in favilla:

Teste David cum Si bil la.

QUantus tremor est fu turus,

Quando Judex est venturus,

Cuncta stricte discussurus.

TUba mirum spar gens sonum


Per sepulchra re gi o num,

Coget omnes ante thronum.

MOrs stupebit, & na tu ra

Cum re surget cre a tu ra

Digitized by Google


Ju di can ti responsura.
LI ber scriptus pro fe re tur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judi cetur.
JU dex ergo cum sede bit,
Quid quid la tet appa re bit:
Nil inultum re ma ne bit:
QUid sum mi ser tunc dicturus?
Quem patro num roga turus?
Dum vix justus sit securus!
REx tremendæ majesta tis,
Qui sal vandos salvas gratis,
Salva me fons pi e ta tis.
RE cor da re Je su pi e,
Quod sum causa tu æ vi æ,
Ne me per das il la di e.
QUærens me, se di sti lassus:
Redemisti crucem passus,






Digitized by Google






Offertorium.






Digitized by Google



Sanctus






Agnus Dei



Post Communio





Preces infrascriptæ dici solent sine cantu finita Missa, quandocumque cantatur Missa sine Solemnitate, scilicet cum simplici Nocturno illius diei, sine Invitatorio, sine Laudibus, & sine Processione ad castrum doloris.

Ant. Exultabunt Domino: *Quæ tantum annunciatur.*

Psalm. 50.

MIserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor,

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me-

Digitized by Google

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.
Requiem æternam * dona eis Domine, Et lux perpetua * luceat eis.
Ant. Exultabunt Domino ossa humiliata.
Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Absolve, quæsumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.

Si fuerit pro uno, vel pro una, preces dicuntur ut infra.

Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Pro uno Defuncto

Oremus.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum &c.

Pro Sacerdote defuncto.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine, animam famuli tui N. Sacerdotis ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Pro una defuncta.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine, animam famulæ tuæ N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & elec-

Digitized by Google

ctos tuos resuscitata respiret. Per Christum &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine,
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.


ORDO EXEQUIARUM

PRÆSENTE

CORPORE DEFUNCTI

Accedente Clero ad feretrum Defuncti, cum Sacerdote induto paramentis nigri coloris, qui se sistit ad pedes Defuncti ante Crucem: Cantor intonat, & Clerus respondens prosequitur.





ter nam do na e is Do-

mi ne, & lux per pe tu a

lu ce at e-

i. * OFferentes &c.

Quo finito Sacerdos absolute dicit sequentem Orationem, prout jacet, etiamsi cadaver sit Sacerdotis; vel fœminæ.

NOn intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde Cantor incipit, & Clerus cantando prosequitur.

℟. LI be ra me Do-

mi ne de mor te æ ter-

na, in di e il la tre-

men da: * Quando cœ-

li mo vendi sunt, & ter-


ra: * Dum ve-

ne ris ju di ca-

re sæ cu lum

per ignem.

℣. TRemens factus, sum ego,



& ti me o, dum di-



scussi o ve ne rit, atque



ven tu ra i ra.



* Quando &c.



℣. DI es il la, di es i ræ, ca-



lami ta tis, & miseri-



æ, di es magna & a ma-



ra valde. * Dum &c.

Sacerdos cantat manibus ante pectus junctis.



℣. RE qui em æ ternam dona



e i Do mine, & lux



per pe tu a lu ce at e i.

Omnes de Choro simul repetunt cantando: Libera me Domine, *ut supra. Interim Sacerdos ponit thus in thuribulum illud benedicens more solito.*


Completo Responsorio Cantor cum primo Choro cantat.



Ky ri e e le y son. *II. Chorus respondet.*



Chri ste e le y son *Omnes simul cantat*



Ky ri e e le y son.

Mox Sacerdos alta voce intonat.



Pater noster. *dicitur secreto ab omnibus*

Interim Sacerdos facta Cruci (quæ est ex adverso) inclinatione, & sum-

Digitized by Google

pro Aspersorio circum circa feretrum ambulans, ter in utraque parte aspergit Corpus Defuncti, incipiens a parte dextera, & transiens ante Crucem, illi profundam facit inclinationem. Diacono vero (si adsit) genuflectente. Reversus denique ad locum suum, deposito Aspersorio, accipit Thuribulum, & circum circa thurificat simili modo Corpus Defuncti ter in utraque parte, faciendo Cruci inclinationem, ut supra.

Post Thurificationem, deposito, Thuribulo, reversus ad locum suum dicit alta voce.



℣. Et ne nos inducas in tentationem

℟. Sed libera nos a malo.



℣. A por ta in fe ri.

℟. Erue Domine animam ejus.



℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor me us ad te ve niat.



℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Caput Cruci inclinans dicit.

Oremus

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a Sanctis Angelis suscipi, & ad Patriam Paradisi perduci; ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit Sacerdos. Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a Sanctis Angelis suscipi, & ad Patriam Paradisi perduci; ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit fœmina.

Oremus

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, te supplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a Sanctis Angeli suscipi, & ad Patriam Paradisi perduci, ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Finita Oratione Chorus cantat Antiphonam.



Qua completa Sacerdos dicit.



Canticum Zachariæ *Luc.* 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui:

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis,

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Digitized by Google

Post Canticum tantum repetitur tota Antiphona.



EGo sum re sur rectio, &




vi ta, qui cre dit in me,



e ti am si mortu us fu e-



rit, vivet: & omnis, qui



vivit, & credit in me, non



mori e tur in æ ternum.




Postea Sacerdos dicit. Ky ri e e lé yson,



Chorus respond. Christe e lé y son.




Ky ri e e lé yson. *Sac. alta voce intonant.*




Pater noster. *Interim corpus aspergit ut supra.*



℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.



℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animam ejus.



℣. Requiescat in pa ce. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

FAc, quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ Angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.


Digitized by Google

Si fuerit fœmina Oremus.

FAc, quæsumus Domine, hanc cum famula tua defuncta misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eam vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miseratio societ Angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Post Orationem faciens Crucem super cadaver dicit.



℣. Requiem æternam dona e i



Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei.



℣. Requiescat in pace. ℞. Amen.

Alta voce dicit Sacerdos

Anima ejus, & Animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.


℞. Amen.

In Sacristiam revertentes dicetur sine cantu Ant. Si iniquitates *Psalm.* De profundis &c. *quo completo non repetitur Antiphona.*

ORDO EXEQUIARUM

ABSENTE CORPORE DEFUNCTI.

Cantata Missa, cum omnes pervenerint ad castrum doloris Chorus cantat.




℞. LI be ra me Do-




mi ne de mor te æ ter-




na, in di e il la tre-



men da: * Quan do cœ-



li movendi sunt, & ter-



ra: * Dum ve-



ne ris judi ca-

Digitized by Google





Sacerdos cantat manibus ante pectus junctis.



Omnes de Choro simul repetunt cantando: Libera me Domine, *ut supra. Interim Sacerdos ponit thus in thuribulum illud benedicens more solito.*


Completo Responsorio Cantor cum primo Choro cantat.





Ky ri e e le y son.

Mox Sacerdos alta voce intonat




Pater noster. *dicitur secreto ab omnibus.*

Interim Sacerdos facta Cruci (quæ est ex adverso) inclinatione, & sumpto Aspersorio, circum circa feretrum ambulans, ter in utraque parte aspergit illud incipiens a parte dextera, & transiens ante Crucem, illi profundam facit inclinationem. Diacono vero (si adsit) genuflectente; Reversus denique ad locum suum deposito Aspersorio accipit Thuribulum, & circum circa thurificat simili modo feretrum ter in utraque parte, faciendo Cruci inclinationem, ut supra.

Post Thurificationem deposito Thuribulo reversus ad locum suum dicit alta voce.



℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo.




℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animam ejus.



℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Caput Cruci inclinans dicit

Oremus.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum &c.

Si Exequiæ fuerint pro Sacerdote.

Oremus

Absolve quæsumus Domine, animam famuli tui N. Sacerdotis ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.


Si Exequiæ fuerint pro fœmina.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine, animam famulæ tuæ N. ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitata respiret. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Post Orationem faciens signum Crucis.



℣. Requiem æternam do na e i

Digitized by Google



Do mi ne,

℟. Et lux perpetua luceat ei.



℣. Requieſcat in pa ce. ℟. Amen.

Omnes nihil addendo diſcedunt

Si Exequiæ fuerint pro pluribus Defunctis.

Preces cum Oratione dicantur in plurali ut infra.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus

ABſolve, quæſumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis:
℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.

Omnes nihil addendo diſcedunt.

Pro uno Defuncto alia Oratio.

Oremus

ABſolve, quæſumus Domine, Animam famuli tui N. ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum &c.

Pro Sacerdote Defuncto alia Oratio.

Oremus

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui N. Sacerdotis, ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum &c.

Pro una Defuncta alia Oratio.

Oremus

ABſolve, quæſumus Domine, animam famulæ tuæ N. ut defuncta ſæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum &c.

Pro pluribus Defunctis Alia Oratio

Oremus

ABſolve, quæſumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum, ut defuncti ſæculo tibi vivant: & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſerunt; tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum &c.


Digitized by Google

ORDO ABSOLUTIONIS GENERALIS


Servandus in die Commemorationis

OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM

Post Missam procedit Clerus ad primam Stationem, Cantoribus cantantibus sequentem Antiphonam, Choro alternatim respondente



EXultabunt Domino os-



sa hu mi li a ta.



E v o v a e.

Psalm. 50.

MIserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Digitized by Google

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.


Requiem æternam * dona eis Domine,

Et lux perpetua * luceat eis.

Et repetitur cum suo cantu
Antiphona ut supra

Exultabunt Domino ossa humiliata.

Circa finem Psalmi Sacerdos ponit incensum in thuribulum benedicens more solito, & repetita Antiphona, absolute dicit.



Pater noster.

Et dum ab omnibus dicitur secreto fiat Aspersio, & Incensatio ad singula Sepulchra in uno, & eodem loco non ea circumdando. Sacerdos transiens ante Crucem, illi profundam facit inclinationem; & reversum ad locum suum dicat.




℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo.




℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo Oremus.

Deus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis, & famulabus tuis, & omnibus hic, & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Immediate post Orationem Cantores incipiunt, Choro respondente.



℟. QUi Lazarum re-




su sci ta sti a monumen-



to fœtidum: * Tu



e is Do mine dona re-



qui em, & lo cum

in dul gen ti æ.

℣. QUi venturus es

ju di ca re vi vos, et

mor tu os & sæ cu lum

per i gnem.

* Tu e is &c.

℣. REqui em æ-

ter nam dona e is Do-

mine, & lux per pe tu a

lu ce at e-

is. * Tu e is &c.

Interim omnes procedunt ad ſecundam Stationem, ad quam cum pervenerint, circa finem Reſponſorii Sacerdos iterum ponit incenſum in Thuribulum (ſi opus fuerit) benedicens ut ſupra. Quo finito Cantores primi Chori cantant.

Ky ri e e le y son. *II Chorus reſpondet.*

Christe e le y son. *Omnes ſimul cantant.*

Ky ri e e le y son.

Sacerdos alta voce dicit.

Pater noster.

Et dum dicitur ſecreto ab omnibus fiat aſperſio, & thurificatio eodem modo quo ſupra ad ſingula ſepulchra II. Stationis, & reverſus ad locum ſuum dicat.


Digitized by Google




℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo




℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te ve niat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Immediate post Orationem Cantores incipiunt Choro respondente.




℟. MEmento me i



De us, qui a ventus



est vi ta me-



a. * Nec as pi ci at me



vi sus ho mi-




nis. ℣. DE profun dis



clamavi ad te Do mi-



ne, Do mi ne exaudi




vo cem me am.



* Nec as pi ci at &c.


Digitized by Google



℣. RE qui em æ ternam do-



na e is Do mine, &



lux perpe tu a lu-



ce at e is. * Nec &c.

Interim omnes procedunt ad tertiam Stationem, ad quam cum pervenenerint, circa finem Responsorii Sacerdos iterum ponit incensum (si opus fuerit) in thuribulum, illud benedicens ut supra. Quo finito Cantores primi Chori cantant.



Ky ri e e le y son. *II. Chorus respondet.*



Chri ste e le y son. *Omnes simul cantant.*




Ky ri e e le y son.



Sacerdos alta voce dicit. Pater noster.

Et dum dicitur secreto fiat aspersio, & thurificatio ad singula sepulchra III. Stationis, & reversus ad locum suum dicat.



℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo.



℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.




℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Immediate post orationem procedunt omnes ad castrum doloris, & interim cantatur.

Digitized by Google



Digitized by Google

Sacerdos cantat manibus ante pectus junctis



℣. REqui em æ ternam dona



e - is Do mine, et lux



perpetu a lu ce at e is,

Omnes de Choro simul repetunt cantando : Libera me Domine, *ut supra. Interim Sacerdos ponit thus in thuribulum illud benedicens more solito.*

Completo Responsorio Cantor cum primo Choro cantat.



Ky ri e e le y son. *II. Chorus respondet.*



Christe e le y son *Omnes simul cantant.*



Ky ri e e le y son.

Mox Sacerdos alta voce intonat.



Pater noster. *dic. secreto ab omnibus*

Interim Sacerdos facta Cruci (quæ est ex adverso) inclinatione, & sumpto Aspersorio circum circa Castrum doloris ambulans, ter in utraque parte aspergit illud incipiens a parte dextera, & transiens ante Crucem, illi profundam facit inclinationem. Diacono vero (si adsit) genuflectente; Reversus denique ad locum suum deposito Aspersorio accipit Thuribulum, & circum circa thurificat simili modo Castrum doloris ter in utraque parte, faciendo Cruci inclinationem, ut supra

Si vero deest Castrum doloris. (prout consuetudo loci) tunc ultima Aspersio, & Incensatio fit ad singula Sepulcra, quæ sunt prope Altare majus

Post Thurificationem deposito Thuribulo reversus ad locum suum dicit alta voce.



℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo.




℣. A por ta in fe ri.
℟. Erue Domine animas eorum.



℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.



℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.


FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus

Digitized by Google

consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



℣. Requiem æternam dona e is



Domine,

℟. Et lux perpetua luceat eis.



℣. Requiescant in pace: ℟. Amen.

Si fuerint plures Stationes distribuantur ℟℟ *quæ in Noct dici solent, ad quæ addatur* ℣. Requiem *dummodo ultimum sit* ℟ Libera &c.

DE EXEQUIIS
PARVULORUM

Si corpus Pueri deferendum fit ad Ecclesiam, Sacerdos superpelliceo, & stola alba indutus, cum pervenerit ad domum defuncti, aspergit corpus.

Deinde sine cantu intonat Antiphonam. Sit nomen Domini.

Et a Choro alternatim dicitur.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: * ex hoc nunc & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Dominus, * & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat; * & humilia respicit in cœlo & in terra.

Suscitans a terra inopem, * & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, * & in sæcula sæculorum. Amen.

Si tempus superest, dum cadaver Pueri portatur ad Ecclesiam, dici possunt Psalmi de Laudibus, aut de Officio B. M. V. & in fine cujuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri &c.


Cum autem pervenerint ad Ecclesiam a Choro repetitur tota

Antiphona.

Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in sæculum.

Si pulsantur Campanæ, non sono lugubri, sed festivo pulsari debent.

Quandocumque faciendæ sint Exequiæ, accedente Clero ad feretrum Pueri Defuncti cum Sacerdote induto, stola, aut etiam pluviali albi coloris; qui se sistit ad pedes Defuncti contra Crucem, intonat sequentem Antiphonam.



Hic ac ci pi et.



E v o v a e.

Psalm. 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.
Quis ascendet in montem Domini?* aut qui stabit in loco sancto ejus?
Innocens manibus & mundo corde,* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a Domino, * & misericordiam a Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærentium eum;* quærentium faciem Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.
Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ:
Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ
Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper, * & in sæcula &c.



Ant. Hic ac ci pi et bene di-




cti onem a Domi no, & mi-




se ri cordi am a De o sa lu-



ta ri su o, qui a hæc est



ge ne ra ti o quæ renti-



um Domi num.

Cantata tota Antiphona a Choro ut supra, Sacerdos absolute dicit.



Ky ri e e le yson.




Chorus respondet Christe e le y son.



Ky ri e e le yson. *Sac. alta voce intonat.*



Pater noster. *Interim corpus aspergit.*




℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.



℣. Me autem propter innocenti-




am suscepi sti .



℟. Et confirmasti me in conspe-




ctu tu o in æternum .



℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens, & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus, Domine, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et immediate Sacerdos alta voce dicit sequentem Antiphonam (ubi vero est usus canendi, intonat)



Ju venes. E v o v a e.

Psalm. 148.

LAudate Dominum de cœlis: * Laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.
Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: * & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.
Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.
Montes & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.
Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.
Juvenes, & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.
Confessio ejus super cœlum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israel populo appropinquanti sibi.
Hic non dicitur Gloria.

Psalm. 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Digitized by Google

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus:

Hic non dicitur Gloria.


LAudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis & organo.


Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum. Gloria Patri &c.



Ju venes, & virgines, se-



nes cum juni o ri bus lau-



dent nomen Domi ni.

Kyrie eleison,

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster *dicitur secr. usque ad*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Sinite parvulos venire ad me.

℟. Talium est enim regnum cœlorum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens sempiterne, Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, & intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sancrorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus Sanctis & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergit aqua benedicta, & thurificat, posito prius Incenso in thuribulum illud benedicens more solito, & reversus ad suum locum dicit

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius: ut a quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vi-

Digitized by Google

ta nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Omnes nihil addendo discedunt.

Si Corpus Pueri defuncti deferendum sit ad tumulum (prout in Rituali Romano ante recitationem Psalmi Laudate Dominum de cœlis) *tunc post Orationem* Omnipotens sempiterne Deus &c. *facta a Sacerdote Aspersione, & Incensatione etiam super tumulum, dum revertuntur in Ecclesiam dicatur Ant.* Benedicite.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol, & luna Domino: * benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino. * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & æstus Domino: * benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: * benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet; & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino: * benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, & animæ justorum Domino: * benedicite sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: * & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. *Non dicitur* Gloria, *neq.* Amen.

Ant. Benedicite Dominum omnes electi ejus agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Deinde ante Altare dicitur Oratio Deus, qui miro ordine, *ut supra*.

MAG 2005816

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google